

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 1: De peccatis Caput 1: De superbia (12)

Bernardus:

Trabis in oculo grandis et grossa,
superbia in mente est,
que quadam corpulentia sui venenat non sanat,
tumidat, non solidat, oculos mentis obscurat,
veritatem obumbrat,
ita ut si tuam obumbraverit mentem aut occupaverit,
iam tu te videre iam qualis es,
vel qualis esse potes non possis sentire,
sed qualem te amas, talem te putes esse,
vel spectes fore.

Quid magis indignum,
quid detestandum amplius, quid gravius puniendum?
quia videns Deum caeli parvulum factum,
ultra apponat se magnificare homo super terram.
Intollerabilis imprudentie est,
ut ubi se exinanivit maiestas,
vermiculus infletur et intumescat.

Trabes in oculo grandis et grossa,
superbia in mente est,
quae quadam corpulentia sui vana, non sana,
tumida, non solida, oculum mentis obscurat,
veritatem obumbrat,
ita ut si tuam occupaverit mentem,
iam tu te videre, iam te talem, qualis es,
vel qualis esse potes, non possis sentire,
sed qualem te amas, talem te vel putes esse,
vel speres fore.

Bernardus Claraeuallensis, *Liber de gradibus humilitatis et superbiae*, 14 (SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.27, ll.3-7).

Quid enim magis indignum,
quid detestandum amplius, quid gravius puniendum,
quam ut videns Deum caeli parvulum factum,
ultra apponat magnificare se homo super terram?
Intolerabilis impudentiae est,
ut ubi sese exinanivit maiestas,
vermiculus infletur et intumescat.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in natiuitate Domini*, 1.1 (SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.245, ll.8-12).